Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv, Commentarii

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Redit in Germaniam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Visual Library

bus ſingularem ſuam aduerſus Præſides fidem, & obediētiam Caniſius prompſit. Iam vero & tempus inſtabat itineris in Germaniam repetendi, vt maturè ad VVormatienſe Colloquium poſſet occurrere: & Pontifex, ad quem per fœdam calumniam delatum erat, Patres ab Vrbe velle in Hiſpaniam transferre conuentum, vt Apoſtolicæ ſedis oculos & iudicium declinarent, graui commotus ſtomacho interdixerat, ne quis prorſus eorum extra mœnia vrbis Romæ pedem efferret. Itaque nominatim admonendus fuit, ſi quidem placeret Caniſium, & Gaudanū intereſſe VVormatienſi Colloquio, vt eis poteſtatem faceret abeundi: qua facta, Iunio ſeneſcente abierunt, cum diligenter ante Caniſius prouidiſſet, conueniſſetque cum Patribus, vt perpetuo ſacrificiorum, ac precum ſubſidio, quandiu Colloquium teneret, ſibi præſto eſſent. Cuius auxilij fiducia ſic armatus, animatuſq; diſceſſit, vt omnia in eo reponeret: &, vbi primum in Germaniam venit, eam antiquiſſimam habuerit curam, vt promiſſa illa ſacrificia, ac preces, literis ad id datis, nominatim exigeret. Nam precibus veſtris, inquit, non humanis viribus ego fretus illud certamen adibo in nomi-

Redit in Germaniam.

Fidit precibus Societatis.